



Samelbd.

0/0

die,

27

AD
PANEGYRICVM
PRO
DEFVNCTI VIRI DIVI
D. MARTINI LVTHERI
MEMORIA SAECVLARI

RECOLENDAM
MDCCCXXXVI. D. XVIII. FEBR.
IN EPHEBEO LYCEI TORGENSIS MAIORI
SACRIS MATVTINIS PERACTIS

A SE DICENDVM
INVITAT
IOANNES HENRICVS LEIDENFROST
PH. AA. Q. LL. MAGISTER ET LYCEI
CON-RECTOR.

TORGÆ LITTERIS PETERSELLIANIS

L. D. Henn

Cæc. ad Cic.

Tot malis cum vincum tum fractum studium
scribendi quid dignum auribus aut probabile
potest afferre?



* * *

Jam satis terris patriis minarum
Et metus misit genitor Quirini,
Sæviens invictus in orbe dudum
Impius ultor.

Qui feram compescere nescit iram,
Ense cinctus bella ciet nefanda,
Construens aræ infidias haræque
Quam violentas.

Sederat nunc auspice patre Divum
Perfruens Germania pace certa.
Clausa Jani ædes. Populantis hostis
Fulmina nulla.

A 2

Mox

Mox strepunt campi trepidantque cuncti,
Ensis concurritur undiquaque;
Stridet aura hastilibus, immadetque
Sanguine terra.

Litium Mars semine dissipato
Regna vastat Teutoniae beata;
Nec modus caedis; sitibunda rixae
Savit Erinnys.

Optimorum praesidio Deorum
Saxonum orae pace superbiebant.
Dic, agrum quem Phoebe beatiorum
Visere posses?

Caelitum gens o utinam dedisset
Quod bonus quicumque fuit precatus,
Sedibus semper placidis quiete
Ut frueremur;

Atque qui dando faciles fuerunt,
Non fuissent difficiles tuendo,
Supplicumque ad iugia vota versi
Bella fugassent.

Quantus at nobis labor imminebat,
Luridus pallor sociusque fudor?
Ad Jovem aversum lacrymae irritae omnes
Tollere fata.

Quale

Quale nimirum radiantis ardens
Fulguris cælo tonitru patente
Desuper quassante solum fragore
Præcipitatur,

Horrido miscet strepitu nigrantes
Nubium montes; Ruit imber ingens;
Spumat æquor; Terra tremit caditque
Arbore vertex;

Impetu non dissimili tumultus
Bellici nostras petiere terras,
Exiitque arma ad placidas choreas
Hostica turba.

Saxonum væ! limitibus sacratas,
Qui superbas diripiuntur urbes.
Sanguini effuso patria ingemiscit;
Incola squalet.

Tuque Achivis jam memorata Torga!
Qui Tibi suave Argeliæ indiderunt
Nomen, arvis & nemorum quæ ubique
Cingeris umbris,

Cujus instructam regio apparatu
Arcem ut & septum aggere atroce castrum
Tortuoso interfuit amne onustus
Navibus albis.

De tuis quid commemorare fatis
Nunc juvat? Pullus mihi visus omnis
Incola & squalens, fera turma postquam
Imprimeretur.

Tanta num quæso est animis Deorum
Ira, qui mortalium amore flecti
Possè dicuntur? Miseros precantes
Spernere vultis?

Ast adhuc si Te coquit ulla cura,
Versat aut sub pectore fixa mæsto
Torga Lethæis bona! eam modo undis
Tradere posses.

Nam Dii accensam cohibent suam iram,
Et tuo concessa quies dolori,
Dulcia alcedonia fœdere isto
Reddita nobis.

Nunc locusque occasio sciscitandi
Contigit demum Tibi, criminis quid
Tam severam illexerit ultionem
Sumere Divos.

At quidem, si dicere fas habetur:
Forte, quod vestigia sanctiorum
Acrius non presserimus statorum
Relligionis.

Et

Et Virorum exempla imitatione
Digna, doctrinae pariterque morum
Regulas neglexerimus, saluti
Nempe caventes.

Si meum quid consilium valeret,
Civibus suavor popularis essem,
Veritatum ut dogma tenaciores
Persequerentur.

Quod sciunt divinitus adprobatum,
Et fidem sancire cruore cujus
Tot Patres nostri sibi temperare
Non potuerunt.

Sic fore haud ullus dubito, ut benignus
Omnium rerum moderator orbi
Conferat pacem stabilemque firmam
Saxonicorum.

Te, meam Torgam, veluti erigendi
Commodum campum videor jam adeptus.
Nam Lutheri lux sacra saecularis
Protinus instat.

Quam pie Panegyrico colendam
Indico; fautore Deo: LV THERVM
DIGNIOREM HEROICITATE MVLTI
Expositurus,
Nemo

Nemo erit nostrum fidei sodalis,
Qui severus denegat hoc honoris,
Aut Viri tantum meriti juvetur
Non meminisse.

Ergo, quot Vestrum bene vultis illi,
Aut Scholæ nostræ, aut mihi denique ipsi,
Ut frequentes Vos rogo, honore dicto,
Convoluteris.

Sic putabo me benefacto adauctum,
Quo faventes me bene demeritis,
Et Deum supplex rogo, ut universam
Sospitet urbem.



AB: 155056

VD 18

ULB Halle 3
003 085 112




TA → SL
Nov 75 fkt 1

R

VD 17





27


HERI

MAIORI

ROST

L. D. Henne

P.
DE
D. MAR
MEM
cIo Is
IN EPHEBEO
SACRIS
IOANNES HE
PH. AA. Q.
TORGAE LI



Farbkarte #13

B.I.G.

